

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Epistola excusatoria ad Sueuos**

**Wimpfeling, Jakob**

**[Argentorati], 1506**

**VD16 W 3380**

Petrus eberbachius Ertphordiensis Adolescens Iacobo Wymphelingo. S.

[urn:nbn:de:bsz:31-299687](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-299687)

**Petrus eberbachius Ectphordie**  
sis Adolefcens Jacobo wymphelingo. S.

**C** Humanissime preceptor noli obsecro merere aut animo  
tabescere. quod ab emulis libellos famulos cōtra te spargen-  
tibus. et a leuissimis nebulonib<sup>9</sup> vsus r̄ rithmos barbaros cō-  
tra te imprimētibus. calumniā et detractionē sustines. passi-  
sunt etenim ante te huiusmodi morsus inuidorū. Julius Au-  
gustus. Christus. et apostoli. Crisostomus. Fran. Petrarca.  
Jo. Gerson. Nicolauz Cusa. Joānes crucerus. galliort<sup>9</sup>. iohā-  
nes wesalian<sup>9</sup> magni apud nostrates nois. iohānes pic<sup>9</sup> mirā-  
dulani. Come. ethodie ex fr̄e nepos eius franciscus. Quid  
dicam de p̄scis et exteris. Exemplo tibi sit L. wolphius iuni-  
or. quē scis graui morbo laborare. et ab eis qui iure sangui-  
nis amici esse eiusq; misereri deberēt. circūuensū. Idigne vex-  
ari. et tamē nosti eū virum esse innocentissimum. in hospites  
humanissimū. in omnes litteratos largissimū. diuinariūq; s̄farū  
lectorē fr̄e gentissimū vt in psalmo suo miserere. videre licet.  
is est et s̄a qui fr̄scisci p̄ci mirādulani opera per Ringmānuz  
philestū a latrone quodā obrutū et cesum ad nos perferri cu-  
rauit. vt ppe diē sp̄imant eū credo a deo diligi. et ad eternā  
vitam delectū esse. quodhic innocēs castigat. Hui<sup>9</sup> et aliorum  
exemplo te ipsum cōsolare. Scis iuuenalē olim dixisse. Aude  
aliquid breuibus gyaris et carcere dignū. Si vis esse aliquid  
p̄bitas laudatur et alget. quāuis id de romana ciuitate dixe-  
rit. nūc tamē ap alia etiam loca transferri posse videtur. Imo  
cū venis. iam vix p̄bitas laudatur. sed culpatur potius aut  
saltem subsannatur. Quippe vbi nūc peccata regnant peccat  
qui recte facit. beatos scis a christo nostro predictos esse. qui  
p̄secutionem paciūtur p̄pter iusticiam. et tu p̄pter iusticiā pa-  
teris atq; p̄pter integritatem. qui in tuo de integritate libello  
paterne suades. sincereq; cupis. et omnē p viribus tuis ope-  
ram impendis. vt in pueris et adolescentibus virtutes plantē-  
tur religio floreat. castimonia vigeat sanitas cōseruet. sacra

rumq; propagentur studia litterarum: Tale. xij. kl. februarie  
as. Anno quo me dira lues ex mea in tuam patriam fugauit.

## Ringmannus philesius Nobi li Jacobo Sturmio S.

### In antiquissimam statuam quam

Ruper in pago genitoris tui wiclzerschemo. Te presen-  
te inuenimus. ex impudica nuditate. veneris. ex clipeo et gas-  
lea. palladis. ex pauone. iunonis effigiem in ea sculpram esse  
diudicantes. senarios hos subito a me effusos tibi mitto dico  
q; Dulcissime iacobe. speras te cum iucunditate lecturū. Sta-  
tuam ipsam pater tuus dono dedit. T. wolphio maximo vetu-  
statis amatori. Tale;

<b>A</b>	ntiquitatis. o Vistor. pre sit	<b>U</b>
<b>H</b>	on nota visentes simul vestigi	<b>A</b>
<b>E</b>	res esse dixerūt deas cōcordite	<b>R</b>
<b>I</b>	acobus ipse wimpheling. et su	<b>I</b>
<b>O</b>	allinari. Sturmus. Philesiusq; ab I	

Ubi legitur in tetrasticho post titulum  
Quos rhenus rē: legendum est  
Et si interiaceat rhenus et hercinia

Matthias hupuff imprimebat. An. D. vi.  
Foedus discordia soluit.